



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Defensio Apologiæ De Adoratione Et Eivs Speciebvs

Lorichius, Jodocus

Ingolstadii, 1577

VD16 L 2530

De SS. Patrum auctoritate.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30277

DEFENSIO APOLOGIÆ

Vide libel. gestis, idoneè testificari non potuit? Et si
lum Conr. non potuit; quia posterior: quis credat,
Bruni cōtra Magd. histo potuisse id præstare Magdeburgenses; an-
riam, nos nondum natos triginta?

50. Sed vt ostenderent, priscos Historio-
graphos falli etiam potuisse; vnicum affe-
runt exemplum de Martyrio S. Bartholo-
mæi Apostoli; quod aliter describit Nice-
phorus, aliter Sabellicus. Sed quid hoc fa-
cit ad articulos, de imaginibus, & reliquiis
Sanctorum; semper in Ecclesia religiosè
habit, & obseruatis? deque miraculis,
quæ iuxta ea, nunc in hoc, nunc in alio lo-
co, vt placuit, operatus Deus est? quemad-
modum in prima nostra disputatione, de
adoratione eiusque speciebus, ex Euse-
bio, Nicephoro, Hieronymo, Augustino,
Gregorio, cæterisque priscis, & recentio-
ribus scriptoribus Ecclesiasticis annota-
uimus: quæ isti, vt solent, surda aure præ-
tereunt, ne dicam inuidiosè dissimulant,
& suppressunt.

De SS. Patrum auctoritate.

51. Monui in Apologia, vt persuaderent
nobis Aduersarij; se esse omnibus Sanctis
Patribus doctiores; ipsosque Patres scri-
pturas

DE ADORAT. ET EIVS SPECIEB.

pturas nō legisse, nec intellexisse: Ad quod tantūm respondent, proposi. 41. Audie-
dos quidem Patres esse, si cum, & secun-
dum scripturas loquantur: at præcellere
auctoritatem scripturæ. Esto. Sed dicant, *Ai*, aut ne-
Patres non legisse script. neque intellexis-
se; quod tametsi præceptores ipsorum sæ-
pius; stygio furore perciti, proclamârint;
hi tamen aliquantulum erubescunt. Ve-
riùs ergo dicimus nos: non Luther. neque
quenquam alium, qui ab Ecclesia Rom. &
Catholica defecit, audiendum esse: quia
scripturæ sensum germanum ignorant; &
contrarium, hæreticumque contrà obtru-
dunt. Quippe priuatorum non est de scri-
ptura, & eius sensu iudicare; sed Ecclesiæ,
legitimè in Domino congregatæ, ut suprà
de interpretatione script. proposit. 19. Et
infrà prop. 108.

52. Facta censura iniqua de SS. Patribus, *De Cōciliis*.
conuertunt isti se ad Conciliorum aucto- & cœlibatu.
ritatem: eaq; errare posse, persuadere no-
bis volunt, exemplo Nicæni istius magni-
ficienissimi 318. Episcoporum; in quo cœ-
libatum sacerdotum, verbo Dei damna-
tum (ut isti loquuntur) cùm cæteri intro-
ducere vellent, solus restitit Paphnutius.

Optime

DEFENSIO APOLOGIÆ

Optimè ergo Concilium, aiunt, errauit.
Verùm audiamus, quanta impudentiâ,
Vide vt Ad. perfidiaque memorati Concilij gesta de-
uersarij Cō- prauent. Primùm quidem, nondum lata
cilia citent. lex erat in Concilio de Cœlibatu; sed con-
sultabatur inter Patres: nihil ergo erroris
adhuc erat admissum. Deinde non de Cœ-
libatu in genere agebatur; sed an hi, qui
antejinitum sacrum Magistratum, vxores
duxissent; de cætero cum eisdem non con-
cumberet. Sunt ergo hæc verba, quæ Paph-
nutius consultationi subiecit, ex Niceph.
lib. 8. cap. 19. Quapropter, pro eo atque
antiquitùs seruari solitum est, deinceps
quoque obtainere oportet; vt qui sacerdo-
talem dignitatem susceperint cœlibes, po-
stea quoq; à coniugio abstineant: qui verò
vxoreducta, in ordinem sacrum cooptati
sint, vt à coniugibus suis non separentur.
Intēde'ocu. Ex his quoq; alterum aduersariorum mēn-
los, & arri- daciū detegitur, qui cœlibatum censem
ge aures ad- Syricij demum temporibus introductum;
uersarie. cùm loco citato Paphnutius testetur, an-
tiquitùs obseruari solitum. Prætereà dist.
28. Can. Presbyteris, confirmatio iamdu-
dum obseruati cœlibatūs ad Calixtum re-
fertur, qui vixit anno 214. Syrius verò
anno

DE ADORAT. ET EIUS SPECIEB.

anno demum 384. Vide Epiphan. contra
hæref. Catharorum li. 2. hæref. 59. Totum
deinde librum F. Michaëlis Medinae, de
continentia prisorum. Vide 25. Canon.
Apostolorum. Rogati præterea Aduersa-
rij, potueritne Lutherus, cæterique erra-
re? nihil respondent. Cæterain sequenti-
bus adiiciemus.

De Scholasticis Theologis.

53. Cùm isti in priori disputatione, Scho-
la Theologos faciem probrosè appellâf-
sent; rogauiimus: quidnam in scripturis
legerent, à Scholasticis Theologis non
obseruatum? Respondent hic propos. 43.
se solam Fidem, & imputatiuam iustitiam,
in scripturis legere; quæ nostri non vide-
rint. Raræ profectò eruditionis argumen-
ta, de quibus partim suprà prop. 27. partim
infrà prop. 80. &c. respondebimus: inter-
ea patienter sustineant.

54. Ibidem rogabamus, vt aliquam è D.
Thoma propositionem afferrent, quam
ipse non satis eruditè probârit. Afferunt
ergo hanc: quod actus charitatis quilibet,
meretur absolute vitam æternam. Quia in
responsione, mirari satis non possum isto-
rum tergiuersationem, ac fraudulentiam;
quod